



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.27. S. Senochius. S. Leobardus. S. Venantius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. ram gessit, ut juvenis Gregorius litteris  
 A. C. 574. imbueretur, atque tempore a Legibus  
Ecclesiasticis constituto Diaconus ordi-  
 natus est. Cum viris exploratæ Picta-  
 tis conversabatur, ut eorum exempla  
 proficeret. Sanctorum Ecclesias invi-  
 bat præprimis S. Martini, ubi aliquando  
 a gravi morbo liberatus est.

## §. XXVII.

*S. Senochius, S. Leobardus, S. Vi-*  
*nantius.*

*Greg. Vit.*  
*PP.c. II. c.*  
*15. Gl. Conf.*  
*c. 5. v. hist.*  
*8.7.*

**S**anctus Gregorius necdum diu Episco-  
 patum Turonensem gesserat, cum S. Se-  
 nochius Solitarius ad eum invisit. Is or-  
 tum suum debebat Genti Teifalensium  
 Populo Barbaro, qui cum cœteris Gal-  
 lias invaserat. Ab his Tifagium in  
 gro Pictaviensi nomen retinuit. Seden  
 elegit Senochius prope Turonem in O-  
 ratorio, a se reparato, in quo S. Marti-  
 nus sæpe orasse ferebatur. S. Eufronium  
 tunc Episcopum Turonensem rogavit,  
 ut veniret ad Oratorium benedicendum.  
 Ille consecrato Altari Senochium nihil  
 tale cogitantem Diaconum ordinavit.  
 Posteriore tempore etiam Ordine Pres-  
 byteratus insignitus est. In illo loco cum  
 tribus Monachis aliquamdiu Deo serviit,  
 rigida abstinentia corpus macerans, nam  
 in Quadragesima nihil cibi aut potus præ-  
 ter

ter libram unam panis, & libram unam **Sæculum VI.**  
 aquæ capiebat. Nudipes incedebat e- **A. C. 574.**  
 tiā in hyeme, catena ferrea pedes, ma-  
 nus & collum gravante. Postea solus  
 in Cellulam secessit, continuo orationi  
 vacans. Allatas sibi a Fidelibus pecu-  
 nias in pauperes dividebat, atque capti-  
 vi, quos redemerat, aut alii, quorum æs  
 alienum solverat, plures quam ducenti  
 numerabantur. Illo igitur tempore Cel-  
 lulam relinquens ad invisendum Grego-  
 rium exiit.

Haud diu postea vanæ gloriæ cupi-  
 ditate tentatus parentes, & propinquos  
 in Territorio Piætaviensi degentes invi-  
 sit, unde sui ipsius & virtutis propriæ ad-  
 miratione plenus rediit. At cum Gre-  
 gorius istum in eo errorem arguisset,  
 humiliter emendavit. Cum multa cu- **Viri Sancti**  
 rando infirmos patraret miracula, om- **in Gallia.**  
 nium hominum consortium fugere sta-  
 tuerat; verum Gregorius ei suasit, ut  
 nullo alio tempore claustrum ingredcre-  
 tur, nisi a Festo S. Martini usque ad Na-  
 tivitatem Domini, & in Quadragesima;  
 ipse monenti morem gessit. Plures alii **Acta Ben. to.**  
 Anachoretæ tempore Quadragesimæ ita **1.p.105.p.**  
 in antrum se abdebat, ut nemini Mor- **174. n.33. p.**  
 talium pateret ad se aditus. Id S. Ma- **184. n. 12.**  
 rius Abbas Buvonensis, S. Dubritius &  
 S. Samson Episcopi facere singulis annis  
 solebant. Inter alia quæ edidit prodi-

**Sæculum VI.** *gia S. Senochius multis cœcis lumen red-*  
A.C. 574. *didit. Obiit annos natus circiter qua-*  
*draginta, cumque die trigesima Missa su-*  
*per ejus sepulchro (\*) celebraretur, ali-*  
*quis Mendicus membrorum rigore la-*  
*borans velamen, quo Corpus defuncti*  
*tegebatur, osculatus sanitatem recupe-*  
*ravit. Exinde pluribus aliis Prodigii*

*Mart. Rom. ille locus claruit. Ecclesia Gallicana*  
24. Oct. *S. Senochii Memoriam 24. Octobr. vene-*

*ratur, atque aliquis Pagus prope Lo-*  
*chias, (†) qui S. Senovii dicitur, eandem*  
*conservat.*

Alius Anachoreta cui nomen Leo-  
 bardus in Cellula prope Monasterium  
 S. Martini Turone degebat. Is, cum in-  
 ter Monachum illius loci & vicinos orti-  
 essent jurgia, inde discedere cogitabat.  
 Cumque Gregorius Episcopus ad S. Mar-  
 tini Monasterium pro more suo oratus  
 venisset, Leobardus quid consilii cepi-  
 set, eidem aperuit. Gregorius affirma-  
 bat, Diaboli astu hanc ipsi cogitationem  
 fuisse suggestam, eique Libros de Vita  
 Patrum & Instituto Monachorum (veri-  
 simile est, fuisse Cassiani Opera) le-  
 gendos misit, qua lectione confirmatus  
 facile illam tentationem superavit. Leo-  
 bardus

---

(\*) Exemplum Missarum in Die trigesima post  
 obitum Defuncti celebratarum contra Prote-  
 stantes.

bardus in Arvernia natus viginti duos Sæculum VI.  
 annos in suo clauistro transegit; labor A. C. 574.  
 vero ipsius erat, lapides ex monte exci-  
 dere, membranas pergamenas conficere,  
 & non nunquam scribere, ut malas cogi-  
 tationes depelleret.

Gregorius *vitas multorum Anacho-*  
*retarum, ipsius ætate Virtutibus & Mi-*  
*raculis florentium, scripsit; ego vero*  
*illos tantum referam, qui hodie magis*  
*noti sunt, aut quorum Monasteria ad-*  
*hucdum visuntur, multa enim tunc ce-*  
*leberrima posterioribus temporibus ita*  
*deleta sunt, ut nequidem vestigia ap-*  
*pareant, aliqua in Ecclesiæ Collegiatas,*  
*alia in simplices Parochias mutata. Ita*  
*nempe in ipsa urbe Turonensi Capitulum*  
*S. Venantii tempore Gregorii erat Mo-*  
*nasterium, cui Silvanus Abbas præfuit;*  
*tunc nempe quando Venantius in Pro- *Greg. vit.**  
*vincia Bituricensi natus relicta uxore, *Patr. c. 16.**  
*quamvis etiamnum Juvenis esset, vitam*  
*Monasticam amplexus est, & tantum pro-*  
*fecit, ut defuncto Abbe in ejus locum*  
*sufficeretur. Deus Servi sui merita mul-*  
*tis Revelationibus & Prodigis declara-*  
*vit, quorum pleraque Turone edita fue-*  
*re ad ejus tumulum; nam tumulus ejus*  
*hodieque Turone peregrinantibus osten-*  
*ditur, sed Reliquiæ Parisiis in Monaste-*  
*rio S. Germani de Pratis asservantur. *Greg. IV.**  
*Cibar seu latine Eparchius patria Petri- *hist. c. 8. de**  
*glor. Conf.*

F 4

corien-c. 101.

**S**eculum VI. coriensis Cellulæ se inclusit prope Incu-  
A. C. 574. lismam, ubi hodieque Monasterium ex-  
Act. Bened. stit, quod ejus Nomen gerit. Multa e-  
to. p. 167. didit Miracula, cumque ipsius Exequia  
Mart. Rom. ducerentur, magna captivorum, quos  
I. Jul. redemerat, multitudo pompam funebrem  
auxit. Obiit vero anno 581. prima Ju-  
lii, illiusque memoriam Ecclesia eadem  
die colit.

### § XXVIII.

#### *Concilium Parisiense quartum.*

**E**odem anno, quo Gregorius Episcopus  
Turonensis ordinatus est, nempe 573.  
Guntramus Rex omnes Regni sui Epis-  
copos Parisios convocavit, ut Litem in-  
ter Reges Chilpericum & Sigebertum  
fratres suos serventem componerent.  
At illi Episcoporum Arbitrium respu-  
runt. In eo Concilio, quod inter Pa-  
risiensia quartum est, aderant Episcopi tri-  
ginta duo. Præ cœteris eminebant Phi-  
lippus Archiepiscopus Viennensis, Sa-  
paudus Arelatensis, Priscus Lugdunen-  
sis, qui ante breve tempus S. Nicerio  
successerat, Constitutus Senonensis, La-  
banus Auscionensis, & Felix Bituricensis.  
Post hos sex Metropolitas leguntur S. Ger-  
manus Parisiensis, S. Felix Nannetensis,  
S. Syagrius Augustodunensis, Sagittarius  
Vapinciensis, S. Anacarius Antissiodo-  
rensis, S. Quinidius Vaisonensis, qui 15.  
Febr.

**Greg. IV.**  
*hist. c. 42.*  
*to. 5. Conc.*  
*p. 318.*

**Mart. Rom.**  
*15. Febr.*